

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 89. Auspicia instituti de Doctrina Christiana.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

§. LXXXIX.

Sæcul. XVI.

A.C. 1593.

*Auspicia Instituti de Doctrina  
Christianæ.*

Clementis VIII. Pontificis sollicitudini *Heilot. hist.*  
debetur institutio Congregationis *des Ord.*  
de Doctrina Christianæ, cuius primus *Monaſt. t. 4.*  
Auctor exstitit Cæſar de Bus origine *cap. 24.*  
Comensis in Mediolanensi Ducatu; san- *Jacob Mar-*  
ctus enim hic Vir unice pauperibus rite *ceb. vie de*  
instituendis intentus novam adinvene- *Cæſar de*  
rat methodum, qua Concilii Tridentini *6tus impri-*  
catechismus in Scholis prælegi posset; *mé a Lyon*  
unde hanc rationem in usum non sine  
magno fructu deducens alios Ecclesia-  
sticos sui Zeli imitatores sibi adjunge-  
bat, novamque hanc Societatem a sum-  
mo Pontifice ratam haberi datis lite-  
ris supplicabat, quapropter Clemens VIII.  
totam hujus negotii curam Taurusio  
Avenionensi Archiepiscopo, ac postea  
Cardinali demandabat, qui Cæſaris  
probitatem plurimi habens hoc institu-  
tum, cuius utilitatem sibi perspectam  
habuit, lubenti animo approbabat, to-  
to studio in id incumbens, ut pia hæc  
consilia suo auxilio promoveret: ideo  
Cæſari Ecclesiam sanctæ Praxedis tan-  
quam novæ Congregationis sedem at-  
tribui procurabat, cum hic locus, quem  
olim Moniales Ordinis sancti Dominici  
incolebant, velut desertus relinquere-  
tur:

**Sæcul. XVI.** tur: ibi autem Cæsar quantocius quo-  
A.C. 1593. dam congregabat Religiosos, quamvis  
 ejus Institutum nonnisi quinto post an-  
 no Pontificia auctoritate confirmaretur.

## §. XC.

*Clementis VIII. Constitutio adversus  
Judæos.*

*Bull. t. 3.  
pag. 26.  
Const. 17.  
Spand. hoc  
ann. n. 2.*

Hoc item anno idem summus Ponti-  
 sex Pauli IV., & Pii V. constitutio-  
 nes, quibus leges, & statuta Judæis  
 in ditione ecclesiastica commorantibus  
 præscribebantur, ratas habuit, atque  
 extendit, & quidem præcipue illis in-  
 hibuit, ne quemcunque librum adver-  
 sus Religionem Christianam legerent,  
 aut penes se retinerent. Cum vero im-  
 modicis suis usuris, quas præprimis a  
 pauperibus extorquebant, ingentia Chri-  
 stianis damna inferrent, ac millenis  
 fraudibus ditionis Pontificiæ populos  
 deciperent, hinc Clemens VIII. indicta  
 omnium bonorum proscriptionis poena,  
 necnon triremum supplicio unaomnes  
 ex tota ecclesiastica ditione exulare  
 jussit. Cum autem vereretur, ne peni-  
 tus ejecti ad Infidelium Nationes emi-  
 grarent, atque hujus commercii oppor-  
 tunitate magis adhuc a veritatis agni-  
 tione, animæque salute alieni redderen-  
 tur, hinc eis permisit, ut Romæ, Ave-  
 nione, & Anconæ morari valerent, pâ-  
 triæ